

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

## PROMETHEI ET IOVIS DIA.

LOGVS LVCIANICVS, CARMINE LA-  
tino redditus, per Nicolaum  
Grudium.



Vondam Caucasea defixus rupe Pro-  
metheus

Viuida dū nimium uiscera uultur  
edit

Dumq; impar poenis mortem metua-  
itq; uocatq;.

Sic magnum affatus dicitur esse Iouem

Solue precor miserum, Diuum pater optime, solue

PROME

Afflictum infandis satq; superq; modis

Nostrum poena, scelus pridem exuperasse uidetur

Solue precor nimio Iupiter alme malo

Hæc Deus, ad dulces namq; hæc transibat amores

Audit, et irata talia uoce refert

Tene ais ut soluam, iustissima uincla relaxem

IVPI.

Perfide? flagitijs uincla minora tuis?

Tene ais ut soluamste exutum ut compede mittam?

Compede debueras qui grauiore premi.

Par erat a toto totum te monte grauari,

Hepar et innumeras esse decebat aues.

Id quoque non solum plecti debebat, at ipsa

Noxia de media lumina fronte trahi.

Hæc cuncta es meritis, plusq; his scelerate Prometheu

B.ñij.

Dum

## PROMETHEI ET IOVIS.

Dum prauos homines peſſima monſtra creas  
Dumq; ignē hoſtili cœleſtem ſubtrahis aſtu,  
Foemineumq; noua dum facis arte genus,  
Nam q; ex ipſe mihi carnis partitor, iniqua  
Struxiſti occultum calliditate dolum,  
Oſſa mihi tantum obtrudens, carnem tibi ſeruans,  
Quid referam? ex quota pars criminis iſta tuiſ

PROME. Supplicio quā iam diro ſcelus omne piauī,  
Strictus, ex aſidua peſtora conſuſ aue.

IVPI. Necdum ſupplicio, quod ais, ſcelus omne pjaſti,  
Nec ſatis admiſſis eſt ea pœna tuiſ.

PROME. Solue tamen, gratis non ſolues Iupiter, unum  
Vtile nam monitum præmia magna dabo.

IVPI. Noui ego fallaces monitus, fallacia noui  
Præmia, ſic iterum ludificare paraſi

PROME. Haud paro, nec ſucum faciam mihi crede, quid autem  
Si fallā, lucri ſit precor inde mihi?  
An uero horrendus neſcis ubi Caucaſus extet,  
Vinculāq; an deerunt, ſi tibi uerba dabo?

IVPI. Ergo age dic primum quæ præmia tanta reponis,  
Vtile dic monitū, dic age, ſi quod habes.

PROME. Si tibi nunc dicam quo tendis, habebitur æqua  
In reliquis uati conſimiliſq; fides?

IVPI. Aequum eſt, atq; pacem poſſis modo dicere habeo.

PROME. Vndiu age in Thetidis furta cupita ruiſ.

IVPI. Rectē, age nunc monitum promiſſaq; præmia proſer,  
Credibile eſt uerum dicere poſſe quidem.

Necis

PROMETHEI ET IOVIS.

Nereidis fuge concubitus, ea gaudia uitæ,

Gaudia, mox quanto contemneranda malos

Namq; ea si factum gignet, dabit is tibi quondā,

Saturno dederas ipse quod ante patri.

Hoc cine ais, regno me quod pulsurus olimpi,

Turpe quod exilium, is exitiumq; dabit?

Absit id ut fiat, tibi Iupiter alme, minatur

Tale aliquid Thetidis triste cubile tamen.

Ergo Thetis ualeat, tūq; officiose Prometheu

Iam nunc Mulciberi liber abito manu,

PROME.

IVPI.

PROME

IVPI.

τέλϞ.

CVPIDINIS ET IOVIS DIA-  
LOGVS EX EODEM, PER HA-  
drianum Marium Machilini-  
ensem.

CVPI.



Liger hasce minis puer exanimatus  
auitis,  
Sollicito mœstas ædedit ore preces  
Ergone, peccarim sanè pater optime  
diuum,

Spes ueniæ, sceleri non patet ulla meo?  
Sum puer, ætatis teneræ uestigia lapsant,  
Lanugo teretes non habet ulla genas,  
Ignoscas stulto temeraria facta puello,  
Non sapit hæc ætas, lubrica, mentis inops,  
Iupiter hæc contrà, neque enim exagitata resedit,  
Bilis adhuc, sæuas & tonat ore nimas.

IVPI.

Tun' puerum uis te scelerate Cupido uideri,  
Cum sis longæuo grandior Iapeto?  
An quia nec mentum, barbam, nec tempora canos  
Produxère, puer tu ueterator eris.

CVPID.

Ille ego quod commisi autem ueterator, ut inquis,  
Condignum manicis compedibusq; nephas.

IVPI.

Scilicet & tua facta scelus tibi parua uidentur?  
Nec pudet hisce deum ludificare modis.  
In quot me formas, in quot me corpora uertis?

Quantu

CVPIDINIS ET IOVIS,

Quantula & imperij pars modo salua Iouis  
 In tauros, satyros, cyncos, & deniq; in aurum,  
 Et quæ non tandem monstra subire iubes?  
 Nec tamen ulla mihi iusto respondit amore,  
 Debueram id certè munere ferre tuo.  
 Tu poteras paribus Nymphas succendere flammis,  
 Et faciles uoto reddere quâsq; meo.  
 Sed nihili mea maiestas, mea numina sunt,  
 Numina, terrigenis, & metuenda deis.  
 Nunc latitans, fictis Nymphas captare figuris,  
 Poscerè nunc Magicam cogor amator opem.  
 Turpe quidem dictu, nec me mea nouit amica,  
 Hæc cyncum, nitidum deperit illa bouem.  
 Tum propius uerum si quæ conspexit amantem,  
 Ad terram exanimis prona timore ruit.  
 Desine mirari, neq; enim mortalia tantum  
 Sustineant numen lumina ferre tuum.  
 At qui nonne tibi Deus est quoq; flauus Apollo?  
 Et Branchus tamen hunc atq; Hyacinthus amat  
 Mortales ambo, tam multo lumine clarum,  
 Lumine, quo cælum lustrat & altus humum.  
 Imò etiam hunc ipsum tremuit Peneia Daphne,  
 Nil faciem imbarbem, nil remorata comam,  
 Formosumq; Deum syluas per & auias fugit,  
 Ceu fugit infestos excita ceruas canes.  
 At tu magne pater, gratus uis esse puellis,  
 Præcepta hæc, memori, quæ dabo, mente tene,  
 Morta-

CVPID.

IVPI.

CVPID.

# CVPIDINIS ET IOVIS.

Mortales statuis si quando uisere formas,  
 Concusso Clypeo ne minitère caue,  
 Et tua dimittes descendens fulmina caelo,  
 Humanis oculis ista ferenda putas?  
 Sine uenustates, et suaves indue uultus,  
 Et niteat compto dulcis in ore decor,  
 Mitra demissos utrimq; resume capillos,  
 Et tere purpurea necte decorus humum,  
 Regales demum crepidas auroq; rigentes  
 Subliga, et incessum qua potes arte iuuas,  
 Sic nitidus molles ad tympana flecte choreas,  
 Utq; canet, certo tibia, uade gradu,  
 Multa puellarum, fac hæc, te turba sequetur,  
 Menades et plures, quam Dionysus habet.  
 Quin apage, haud tanti est, nec amabilis esse uolebã,  
 Hisce modis, dabis hoc arte Cupido tua.  
 Imò caue teneros in totum cautus amores,  
 Omnia qui potis est hoc quoq; credo potest,  
 Non ea mens animo, nec sic exosa uoluptas,  
 Sed da captato semper amore frui  
 Et mihi da faciles aditus, facilesq; puellas,  
 Hac tibi nunc ueniam conditione dabo.

IVPL

CVPI.

IVPL

VENERIS ET LVNAE DIALO-  
GVS PER EVNDEM.



Te affata uagam fertur Venus au-  
rea Lunam,  
Cum miseram blandus corripuis-  
set Amor.

Quid mea Luna tuos tam turpeis VENVS.  
fama furores

Nunciat, et passim quæ dea fœda refert  
Tine adeo totam teneris in amoribus esse,

Vt nec in officio sis bene sana tuos?

Et Cares quandoq; citis transuecta quadrigis

Aurige missæ munere sistis æquos,

Sublimeisq; solo defigis ab æthere uultus,

Dilectumq; oculis Endymiona petis,

Qui sessus iaculisq; feras currique sequendo,

Languidulus dulci membra sopore iacet,

Quin etiam è medio in terras descendere cursu,

Et iuuenem propter procubuisse ferunt,

Hæc Venus, at contra uultus demissa rubentis,

Rettulit, admissi conscia Luna sui.

Quid misere mihi magna meos Cytherea furores

LVNA.

Exprobras? gnati sunt ea facta tui,

Ille mihi solus tantorum causa malorum,

Illius infida spicula torta manu.

Mitte illum mea Luna, mihi est iniurius ipsi,

VENVS.

Q. &

# VENERIS ET LVNAE.

Quæ genui, lusi me quibus ille modis?  
 Is me frondosam nuper sceleratus in Idam  
 Anchisæ phrygiæ traxit amore uiri,  
 Nunc etiam Assyrii iuuenis succendit amore,  
 Ardentem Lybani per iuga celsa trahens.  
 Hic quoq; dimidio nunc me fraudauit amoris,  
 Et meas est Hecate participatus amor.  
 Multaq; præterea, miseram quibus ille parentem  
 Lusi, & o uellem non peperisse nephas.  
 Sæpe illum increpui dictis, & percita tristi  
 Adieci horrendas sæua furore minas,  
 Sæpe arcum minitata habilem, minitata pharetram  
 Frangere, quæq; grauis tela pharetra tenet,  
 Sæpe manu uolucris minitor præcidere pennas,  
 Quis sese huc illuc insidiator agit.  
 Nunc etiam crepida ploranti & multa roganti  
 Nequicquam, pepuli nudula terga graui.  
 Nec scio qui fiat, uix uerba minantia dixi,  
 Et tepido teneras irrigat imbre genas,  
 Atq; adeo scelerum iam pœnituisse putares,  
 Et tamen ad mores mox redit ille suos.  
 Sed mihi dic Phœbe, num pulcher amasius iste  
 Est tuus, & tantæ dignus amore deæ?  
 Nam si formosus, fuerit lenimen amoris  
 Solamenq; tui forma decora mali.

LVNA.

Ille meis Cytherea oculis formosior unus  
 Omnibus est, tellus quos spacirosa capit.

Precis

VENERIS ET LVNAE.

Præcipue placet ille tamen, cum rupibus altis  
 Dormit, proq; thoro est sub Ioue strata chlamis,  
 Cum formosi tenet labentis læua sagittas,  
 Et fulcit lassam dextra supina caput.  
 O qui tunc roseo procedit anhelitus ore?  
 Quam uerè ambrosius pectore spirat odor?  
 Ab quoties medio deflecto ex æthere cursum,  
 Atq; adiens summum uix pede rado solum?  
 Ne strepitu placidam turbem importuna quietem,  
 Et qui composito lucet ab ore decor,  
 Scistibi quæ post hæc, qui postea somnia lusus  
 Quæ referenda forent gaudia, quiq; ioci.  
 Sed misera indomitis solito uehementius uror  
 Ignibus, et fari non sinit acer Amor.  
 Hæc habuisse olim retulit facunda uetustas  
 Inter se magnas mutua uerba deas.  
 Si potis est alto Lunam deducere cælo,  
 Aliger, à flammis quis modo tutus erit?

τέλ@.

# PANIS ET MERCVRII DIA LOGVS PER EVNDEM.

PAN.



Alue Cylleni , magni Iouis inclita  
proles,  
Diuorum interpres , et mihi chare  
pater.

MERC. Salue et tu, quotiesq; uelis quantumq;, sed istuc  
Pare age, qua dicas me ratione patrem.

PAN. : Non tu Mercurius, non tu Cyllentus ille es,  
Quem genuit summo candida Maia deo?

MERC. Ipse ego sum certe, nec te tua lumina fallunt,  
Nunc mihi qui gnatus sis precor a de meo.

PAN. : Non sim legitime fateor sub fœdere tride:  
Sed tibi furtiuo natus amore notus.

MERC. Imò capre atque olidi puto consuetudine capri  
Pessimè, non nostro es, natus adulterio,  
Nam qui te nostro credam de semine natum,  
Cui cingunt frontem cornua torta truncant  
Cui tegitur barba mentum deformis caprina,  
Cui dura informi corpore secta riget,  
Cui nares istæ, cuique ungula secta, cuique  
Contegit obscenas pendula cauda nates.

PAN. Quid mihi nil merito genitor conuicia gnato  
Dicis? et incesis tu genus ipse tuum?  
Quidquid habent menda, quicquid mea membra pudori,  
Non mi

PANIS ET MERCURI.

Non mihi, sed ueniunt impropere tibi,  
Quin igitur quæ te tulerit mihi mater, aperte  
Fare, fidem dictis si cupis esse tuis,  
Nam mihi quid tandē acciderit demiror, et haud me  
Sum memor hirsutæ concubuisse capræ.  
Non tibi me talem genitor uillosa capella,  
Sed compressa tibi uirgo puella tulit,  
Ipse mihi tecum memori fac mente reuoluas,  
Sit ne tibi Arcadico rapta puella solo.  
Quid digitam rodiss quid adhuc uelut inscius hæres,  
Non subit Icarij Penelopea seniss  
Ergo quid euenit miseræ, quod non mihi, sed te  
Hircō consimilem, capripedemq; tulit  
Verba tibi ipsius referam, quibus illa supremum est  
Affata, Arcadicos cum peteremus agros,  
Gnate, ait illachrimans, genitrix ego sum tibi, uerum  
Te patre Mercurio noueris esse satum,  
Mercurio, superum qui fert mandata deorum  
Mercurio, ex ipso quem Ioue Maia tulit,  
Nec uero moueat, quod stans tibi cornua fronte,  
Quodq; refert hirtum tibia secta caprum,  
Nam pater ipse tuus quo mecum tutius esset,  
Et ne non noster forte lateret amor,  
Induit hircinos uultus, speciemq; pudendam,  
Atq; hinc sunt formæ tristia damna tuæ.  
Iam scio, iam memini factum mihi tale quid olim,  
Et metamorphosis me subit illa mei,

MERC.

PAN.

MERC.

PAN.

MERC.

C

Ergo

PANIS ET MERCVRII.

Ergo ego qui forma laudor, facieq; uenusta,  
Cui nondum in teneris barba stat ulla genis,  
Scilicet ille ego te dicar genuisse: futurus  
Ridiculo cunctis, ludibrioq; deis?

PAN.

Haud tibi dedecori fuero pater optime, ne me  
Artis inexpertum, de genere nūq; puta,  
Ipse ego thyrsigero comes indiuisus Hiaccho:  
Suaue cano iunctis carmen harundinibus,  
Me sine nil potis ille: meis ea gratia rebus,  
Ipsiusq; leucis duco subinde choros,  
Præterea dictu mirum quod ouilia nobis  
Sint Tegeam circa, partheniq; iuga  
Sunt etiam Arcadiæ fines, uastissima regna,  
Et latè imperio subdita cuncta meo,  
Quin et Cecropijs uictoria nuper Athenis  
Contigit, auxilijs in Marathone meis,  
Qua de re meritum Pani statuere triumphum  
Speleum, celsa quod latet arce cauum,  
Tumet Palladias si quando uidebis Athenas,  
Quo sint in precio numina nostra scies,

MERC.

Dic uero mihi Pan, namq; hoc te nomine dici  
Audio, num coniunx est tibi ducta domum?

PAN.

Nulla pater, sed adhuc uarios confector amores,  
Nec facit ad flammæ una Napeæ meas

MERC.

Tene ego amatorem nymphis credam esse putaram  
Pol ego caprigeni te gregis esse uirum.

PAN.

Rides, at me nympa uirum sibi qualibet optat,

Me sibi

PANIS ET MERCVRII

Me sibi uult Echo, me sibi pulchra Pirys,  
Deniq; Menadibus de tot non ulla Lyei est,  
Que me certatim non uelit esse suum.  
Gnate tuo primum quod te rogat, amue patri,  
Sic faciles nymphe sint tibi gnate tue.  
Imò iube, quod uis fieri, tua iussa cape ssam  
Impleboq; animi sedulitate pij.  
Me quoties cernes, comi licet ore salutes,  
Sed patrem dicas me caue gnate palam.

MERC.

PAN.

MERC.

τ ε λ ©.

C.ij.

# DORIDIS ET GALATEAE

DIALOGVS PER IOAN<sup>m</sup>

nem Secundum Hagl<sup>m</sup>  
ensem.



Orte Deæ pelagi ludentes littore  
curuo,

Captabāt radios aureæ Phœbe tuos,  
Hic Thetis, hic Melite, spio, Panopæa  
que uirgo.

Cymodoce, Doris, & Galatea fuit,  
Cum Doris ficto Galatæam molliter ore  
Risit, & arguto strinxit amara ioco,

DORIS. Scilicet egregie tandem formosus amator  
Contigit ò fœlix iam Galatæa tibi,  
Nimirum hic siculus pastor, proh numina, qualis,  
Deperit, ut passim fertur, amore tui,

GALA. Ne ride, qualis qualis tibi dori uidetur,  
Neptuno tamen est de genitore satus:  
Neptuno, uitreis late qui præsidet undis:  
Neptuno, à summo qui Ioue prima tenet.

DORIS. Egregium uero si sit Neptunia proles.  
Esto sit altifremi filius ille Iouis,  
Cum tam deformis sit, agrestis & hispidus, & quod  
Omnibus est unum turpius, unoculus,  
An uero genus ad formam prodesse putabas  
Hoc tibi deformis nomine pulcher erit?

Inò nec

DORIDIS ET GALATBAE.

Imo nec est deformis, et id quod dicis obesse:

GALA.

Hoc queat, hoc formam nobilitare uiri,

Quippe q̄ agrestis, q̄ et hispidus, hæc tua nam sunt

Nomina, sic libitum est hæc uocitare tibi

Non deformat eum, uerum hoc mage Dori uirile est,

Crede decet fortes hispida barba uiros,

Porro oculus, media nitidus qui fronte relucet,

Et quem Phœbeæ lampadis instar habet,

Ille etiam decet hunc, hoc cernit certius uno,

Quam si uel duo, uel lumina mille forent.

Tu mihi iam uero Galatea uideris habere hunc

DORIS.

Non tibi amatorem, uerum adamare magis,

Vsq; adeo laudas, et quæ contraria formæ

Iam formosa uti sint, iamq; decora iubes,

Haud equidē hunc adamo, tamen hæc insignia uestra GALA.

Scommata, et insulfos non queo ferre sales,

Et planē inuidia huc mera uos stimulare uidetur,

Nempe q̄ haud simili uos amet ille modo,

Quodq; gregem nuper celsa dum pascit in æthna,

Inter lanigeras conspiciendus oues,

Nosq; procul mixtim per littora picta uagantes

Cernit, ubi pedibus prominet æthna suis,

Vestrum non ullam uel solum aspexit, at ipsa

Visa uiro cunctis pulchrior una fui,

Neq; proinde suo dignatus lumine solam est:

Lumine, sydereas exuperante faces,

Hæc ea fuit, hæc sunt quæ pectora uestra remordēt

C. iij. Hinc

## DORIDIS ET GALATEAE.

Hinc illi risus, illepidiq; Ioci,

Namq; hæc cuncta notant me uos præcellere formâ,

Meq; magis dignam quam Polyphemus amet.

**DORIS.** Scilicet inuideam, q; tu formosa uideris

Lusco, et pastori q; Galatea places,

Quantâ aliud quæso potuit quidnam ille probare,

Præter candorem hunc lactea diua tuum?

Ille placet, q; lac cibus est et caseus illi,

Quod simile his pulchrum protinus iste putat,

Tu uero cupis ipsa tuam si noscere formam,

Nec tibi iudicio stulta placere malo:

Pendenti è scopulo si quando silentibus austris,

Pellucens placidis unda iacebit aquis,

Temet contemplare precor, dabit unda colorem

Consimilem lacti, consimilemq; niui,

Atqui nulla quidem facies candore probatur,

Candida purpureis sit nisi tincta notis.

**GALA.** Atqui ego nacta tamen quantumuis candida, qualem

Doris amatorem uellet habere sibi,

Nullaq; de uobis, quam uel miretur agaso,

Vel pastor, uel quam portitor ullus amet,

Atq; alia ut taceam, cantat Polyphemus, in omni

Et calami, et cytharæ doctus et arte lyre.

**DORIS.** Mitte hæc mitte precor, cantantem audiuius, in te

Pruriret nuper cum malè sanus amans,

Verum, o sancta uenus, rursus in certamina Phœbium

Excire obstreperus Marsia uisus erat,

*Quam*

# DORIDIS ET GALATEAE.

Quin ter credideram uicinis rudere syluis,  
 Prospiciens, asinum, ter Polyphemus erat,  
 Ipsiusq; lyrae corpus iurare uolebam  
 Ceruinum, nudis ossibus, esse caput,  
 Cornuaq; extabant, cubiti de more recurui,  
 Quis putet hic hominem, quis putet esse lyram?  
 Tum uero inductis fidibus speciosus amator  
 Nec iungens sinui barbara plectra suo.  
 Nescio quid tandem durum, et stridebat agreste,  
 Observant partes dum lyra uoxq; suas,  
 Sic uti non fuerit de cunctis ulla deabus:

Quae poterat risus, quae cohibere iocos,  
 Quid q; et ipsa quidem non est dignata boanti  
 Respondere Echo, garrula Nympha licet,  
 Credo illam puduit si forte audita fuisset  
 Reddere ridiculum Diua canora sonum.

Quin catulumq; ulnis hic noster amasius urse  
 Gestabat, lusum deliciaq; suas,  
 Hirtus erat totus, quo credo gratior illi,  
 Quod similis fetis, quod feritate fuit,

Quae tibi non istum talem Galatea maritum  
 Inuideat? Quae non hunc uelit esse sibi?

Ergo tuum nobis qui sit formosior, eia  
 Monstra, et qui melius uoce lyraq; canat.

Nullum habeo, fateor, nec eo me nomine iacto  
 Ac si sim multis sollicitata uiris,

At uero talem, qualis Polyphemus, amantem,

GALA.

DOAIS.

DORIDIS ET GALATEAE.

Totus qui sanie, totus ut hircus, olet  
Quiq; infelices, funesta ad littora pulsos  
Deuorat, hunc habeas, hunc adamesq; tibi,  
Talia sunt, Nymphæ retulit quæ Phæna marinas,  
Multæ per alternas dicta dedisse uices,  
Quid iam quid cæcum non posse putemus amorem,  
Te quoq; formosum si Polyphæmæ facit?

τέλθ.

POLYPHÉMI ET NEPTVNI  
DIALOGVS, PARTIM EX

Luciano, partim ex Ho-  
méro. desumptus,  
per eun-  
dem



Quodatus charo Polyphemus lumine  
quondam,

Dū cuncta in tenebras sentit abis-  
se nigra,

Littus, oues, sese, montem, mare, de-  
niq; flammæ,

Ipsaq; Luciflui plaustra corusca Dei,  
Flebilis obscuratitubans errabat in æthra:

Incusans homines, sydera, fata, Deos,  
Annosam donec pinum tullure reuellit,

Ad mare uicinum qua duce tentat iter,  
Iamq; propinquat, et id madido pede deniq; sentit,

Hic oculum liquidis, sanguine purgat, aquis,  
Murmura Neptunus cum forte in fluctibus inis

Audijt, et moto protulit amne caput,  
A t uero extincto natum dum lumine cernit,

Exclamans genitor littora dira petit,  
Protinus agnoscens Polyphemus uoce parentem,

Sic fuit

POLYPHEMI ET NEPTVNI

*Sic sua cum gemitu tristitia fata refert.*

**POLY.** O mibi nequicq̃ pater, o mibi sepe nocate,  
Hospite ab infando quæ modo damna tuli?  
Qui mibi fallacis propinans munera Bacchi:  
Præripuit sensus præripuitq̃ pedes,  
Donec in obscuris posita ceruice cauernis  
Prostratus, somno languida membra dedi,  
Hic me crudelis uina inter iniqua sepultum  
Furtim adit, et lumen heu mibi uecte dolat.

**NEPTV.** Quis uero, tales potuit qui sumere poenas?  
Quisnam ausus tantũ est o Polypheme nephas?

**POLY.** Esse sibi nomen, Nemo, mibi dicere primum,  
Ast ubi cæruleas naue secabat aquas:  
Iamq̃; procul nostris fertur securus ab oris:  
Et nullos arcus, spicula nulla timet,  
Tum demum insultans ter se iactauit Vlysses  
Et dedit hæc nostris ultima dicta malis,  
Siccome debueras socios o perfide Cyclops,  
Dentibus imbellis dilaceraſſe uiri?  
Si neq; nos, neq; mortales scelerate timebas,  
Debueras superos at metuiffe deos,  
Debueras metuiffe Iouem, qui cuncta uidebat,  
Qui fauet hospitibus tempus in omne suis,  
Ergo oculus toruus fluidus tibi fronte putrescet  
Aut fiet coruis forsitan esca nigris,  
Sic meruit luisse Iouem Neptunie, nunc i.

Crede

# POLYPHEMI ET NEPTVNI

Crede tuum quidq̃ prae Ioue posse patrem.  
 Talia dum iactat, magno temerarius ausu,  
 Improperatq; eadem non semel ille mihi,  
 Ira subit mentem, partemq; cacuminis alti  
 Abstraho, in extremis ultima tela malis,  
 Et cum te genitor supplex in uota uocassem,  
 Ut regeres uenis pondera missa tuis,  
 Ad sonitum uocis corpusq; ex brachia torquens,  
 Mandavi rapidis faxea tela notis  
 Arrectusq; diu stabam, post tempora longa,  
 Cum dedit ingentem gleba relapsa sonum,  
 Et quantum audire e tremulorum uoce licebat,  
 Nauem sub tumidas pondus agebat aquas.  
 Iam scio quem dicas, nimirum Ithacesius ille est:  
 Qui modo ab Iliaca nauigat urbe domum,  
 Sed quinam potuit, quinam hoc est ausus Vlysses,  
 Iampridem timidum quem mihi phama refert?  
 Iam saturis ouibus, uiridantia prata relinquens,  
 Ducebam niuem post mea terga gregem,  
 More meoq; ibam nota heu iam promus in antra,  
 Conscia tam miseri non prius antra mali,  
 Cum subito apparet multorum turba uitorum,  
 Quid nisi diuitijs infidiata meis?  
 Hic ego mox aditum ne quisquam euadere posset  
 Claudebam: tacita gaudia mente fouens,  
 Namq; mihi tales olim seruantur in usus.

NEPTV.

POLY.

Maxima

## POLYPHEMI ET NEPTVNI

Maxima non ullis petra mouenda uiris,  
Deinde ornans flammis durum crepitantibus uto,  
Actibus reuertenti quem mihi forte dabat,  
Tum uero metuens, tentati conscia, furti  
Visa sibi est latebras querere turba nocens.  
Corripui quosdam, nam quidni? nempe latrones,  
Et data sunt stomacho corpora pauca meo,  
Quicq; sibi nostras prædæ Neptune futuras  
Crediderant pecudes præda fuere mihi,  
Protinus hic, seu Nemo fuit, seu dirus Ulysses,  
Capit uersutos mense agitare dolos,  
Et mihi nigraeis falsa sub imagine uini,  
Nescio quem misero pharmaca mixta dedit,  
Pharmaca, grata quidem, fragrantia, dulcia, perũ  
O pater insidijs pharmaca plena malis,  
Vix summo tetigi labro, et iam cuncta rotabant,  
Imaq; pars antri uisa suprema fuit,  
Quid multis solita spoliata mente iacebat  
Corpus, et exanimis iam mihi uisus eram  
Cum uolucer stygijs allapsus somnus ad undis:  
Percussit ramo tempus utrumq; suo,  
Non procul a mulctra uiridis mihi forte iacebat  
Nuper in exitium clausa resecta meum,  
Hanc illi incidunt, minima sibi parte retenta  
Atq; acunt magna sedulitate simul,  
Mox etiam uertem flammæ inuolucere relictæ,  
Et peni-

# POLYPHEMI ET NEPTVNI

Et penitus nobis ignea tela parant,

Sic illi ignita multo molimine fudem

Incorquent oculo terq; quaterq; meo

Donec inaudito stipitis stridore praeusti

Excitus, manibus tela reuello meis,

Sic tibi sic genitor nimirum tempore ab illo

Lumine priuatum iam Polyphemon habes.

O q̃ laetheus penitus tua pectora somnus

Presserat: ut tales dum struit ille dolos:

Dum uellem magno molimine circumuoluit,

Dumq; in summo oculi cortice totus erat:

Non uel tum somno fuerit turbatus ab alto,

Iam tulerat captis praemia digna suis,

Quamq̃ non uideo, quo pacto euaserit antrum,

Impius, et dentes o PolypHEME tuos,

Non etenim immanem petram ille remouit opinor

Quam memini uires exuperare meas.

Ipse ego seu demens, seu sic mea fata uolebant,

Amoui inuitis pondera uasta Deis

Sic ratus, ut nostras cupiens exire cauernas,

Incideret digitis obuia praeda meis,

Ergo fores iuxta manibus uenabar apertis

Heu non auspicijs Delia magna tuis,

Interea pecudes nullo pastore uagantes:

Carpere per ualles pabula grata sino,

Sic heu sic dicens, Aries mea prima uoluptas

NEPTV.

POLY.

Tu sub-

POLYPHEMI ET NEPTVNI.

Tu subeam domini munia nota tui.

NEPTV. Mirum mi pecoris latitans sub uellere densi:  
Illasit cæco turba dolosa uiro,  
At tu debueras si dos nocitasse sodales,  
Quos alios centum littora curua tenent.

POLY. Sic feci, et notis subito clamoribus acta:  
Venit in auxilium turba parata meum,  
At postq̃ insidias quisnam struxisset iniquas:  
Et cuperent tanti nomina nosse uiri,  
Atq; ego dixissem, Nemo mihi talia struxit,  
Nemo fuit, Nemo, qui mala tanta dedit,  
Corruptum insolito mi sermone rata turba furore:  
Illusit nostris insuper ipsa malis,  
Atq; abiit, fratremq; suum male liquit inultū,  
Nomine sic lusit me pater ille suo.  
Et male præ cunctis quod adhuc præcordia mordet,  
Ut tenuit medias iam sceleratus aquas,  
Multa mihi improperans, hoc inter cætera dixit:  
Non te sanabit uel pater ipse tuus.


NEPTV. Forti animo fac gnate feras, ego lumen ademptionem  
Quamuis non iterum restituisse queo,  
Vel seruare tamen pelago uel perdere nantes.  
Arbitrium faxo me penes esse sciat,  
Sic questum quondam gnatum spaciola uetustas,  
Tradidit, et contra sic retulisse patrem  
Qui talis, qui tantus erat, qui mersit in aluum

Effem

POLYPHEMI ET NEPTVNI.

*Efferus omnigenum milia multa uirum  
Qui gnatus Neptune tuus, qui deniq; centum  
Fratribus indomitis senior unus erat,  
Non potuit superare dolos unius Vlyſſis,  
Non potuit uires uincere Bacche tuas.*

τέλ@.



# TRAGOE-

DIA LUCIANI CUI TL

TVLVS EST, PODAGRA

à quodam græcè latinèq; erudi-  
to uersibus reddita.

Loquitur Podagricus. Trimetri  
Iambici.



Triste nomen, ò dijs odibile.  
Podagra, lachrymosa, Coccyto sata,  
In tartari specubus opacis edita,  
Erynus uero quàm Megera suo tulit  
Et uberibus aluit: cuiq; paruulo

Amarulentæ in os lac Alesto dedit,

Ergo quis abominabilem te demonum

Produxit in lucem exitio mortalibus?

Quod si luunt errata manes mortui,

Si luce commissi rationem nox petit,

Nec Tantalus siti, nec Ixion rota

Volubilis, nec Sisyphus onere lapidis

Cruciandus, in Stygi fuit Ditis domo,

Tuis sed omnes omnium scelerum reos

Aptare decuit membris fragis cruciatibus.

Vt corpus affectum et fatigatum metum

Manibus ab extremis, ad infimas pedum

Plantas, sanie tetra fluenteq; fellea

Per membra, bile, et impetuoso flamme,

D

Suis

POLYPHEMI ET NEPTVNI.

*Tu subea domini munia nota tui.*

**NEPTV.** Mirum mi pecoris latitans sub uellere densi:

*Illusit caeco turba dolosa uiro,*

*At tu debueras si dos uocitasse sodales,*

*Quos alios centum littora curus tenent.*

**POLY.** Sic feci, et notis subito clamoribus acta:

*Venit in auxilium turba parata meum,*

*At postq̃ insidias quisnam struxisset iniquas:*

*Et cuperent tanti nomina nosse uiri,*

*Atq; ego dixissem, Nemo mihi talia struxit,*

*Nemo fuit, Nemo, qui mala tanta dedit,*

*Correptum insolito miserrimam rata turba furore:*

*Illusit nostris insuper ipsa malis,*

*Atq; abiit, fratremq; suum male liquit inultū,*

*Nomine sic lusit me pater ille suo.*

*Et male prae cunctis quod adhuc praecordia mordet,*

*Vt tenuit medias iam sceleratus aquas,*

*Multa mihi improperans, hoc inter cetera dixit:*

*Non te sanabit uel pater ipse tuus.*

**NEPTV.** Forti animo fac gnate feras, ego lumen ademptionem

*Quamuis non iterum restituisse queo,*

*Vel seruare tamen pelago uel perdere nantes.*

*Arbitrium faxo me penes esse sciat,*

*Sic questum quondam gnatum spaciofa uetustas,*

*Tradidit, et contra sic retulisse patrem*


*Qui talis, qui tantus erat, qui mersit in alium*

**Effetm**

POLYPHEMI ET NEPTVNI.

*Efferus omnigenum milia multa uirum  
Qui gnatus Neptune tuus, qui deniq; centum  
Fratribus indomitis senior unus erat,  
Non potuit superare dolos unius Vlyſſis,  
Non potuit uires uincere Bacche tuas.*

τέλ@.



# TRAGOE.

DIA LUCIANI CUI TI

TVLVS EST, PODAGRA

à quodam græcè latinèq; erudi-  
to versibus reddita.

Loquitur Podagricus. Trimetri  
Iambici.



Triste nomen, ò dijs odibile.

Podagra, lachrymosa, Cocyto sata,

In tartari specubus opacis edita,

Erynnis utero quàm Megera suo tulit

Et uberibus aluit: cuiq; paruulo

Amarulentæ in os lac Alesto dedit,

Ergo quis abominabilem te demonum

Produxit in lucem exitio mortalibus?

Quod si luunt errata manes mortui,

Si luce commissi rationem nox petit,

Nec Tantalus siti, nec Ixion rota

Volubilis, nec Sisyphus onere lapidis

Cruciandus, in Stygij fuit Ditis domo,

Tuis sed omnes omnium scelerum reos

Aptare decuit membris fragis cruciatibus.

Vt corpus affectum & fatigatum metum

Manibus ab extremis, ad infimas pedum

Plantas, sanie tetra fluenteq; felles

Per membra, bile, & impetuoso flamine,

D

Suis

# TRAGŌEDIA

Suis ubiq; stringitur meatibus  
 Porisq; clausum me premit doloribus,  
 Per ipsa currit ignea pestis uiscera,  
 Carnemq; uorticibus populatur ignium,  
 Aetnae uelut Crater facibus exaestuans.  
 Aut sicula uallis equorearum rupium,  
 Aestibus inuolubilibus, ubi fluctuans  
 Sinuosa ruinas unda scopulorum ferit,  
 O omnium mortalium opinionibus,  
 Incogitabile malum. Vt omnes perdit  
 Quicumq; uana spe stolidi, te leniter  
 Mulcere medicariq; cupimus, fallimur.

CHORVS Dimetri catalectici omnes.

Iuga Dindymi Cybeles  
 Phryges ululante uoce,  
 Teneto frequentare Atti  
 Solent, Modisq; Sistri  
 Phrygi, Super iuga Tmoli  
 Comon celebrare Lydi.  
 Et perciti furore  
 Resonāt suis in armis  
 Euantis orgia. rythmis  
 Cretensibus, Corybantes.  
 Clangit quoq; tuba duro  
 Marti, modulans tumultus  
 Depressa bellicosos,

Sed nos

# PODAGRÆ.

Sed nos tui Podagra  
 Mystæ tibi sacramus  
 Incunte uere, lucus,  
 Vbi gramminifera passim.  
 Herbis uirere prata,  
 Et in arboribus tenelle  
 Zephyro reslante frondes  
 Inceperint uigere,  
 Male nuptaq; cum per ædes  
 Hominum strepens hirundo,  
 Nocturna perq; lucos  
 Ityn gemit, quæ relis  
 Vbi tristibus philomena

Verni tæ  
 pus aptū  
 Podagræ  
 Cels. libro  
 iij. Caput.  
 xxxij.

## PODAGRICVS Trimetri Iambici.

O ægritudinis opifer et comes meæ.  
 O tertij gerens Bacule uicem pedis,  
 Tremulū mihi suffulcias oro gradum,  
 Iterq; dirigas, leuia et uestigia  
 Firmes pedum, possint ut initi solo.  
 Age miser ex stratis, tua membra corripe,  
 Et culmen ædium relinque umbratile,  
 Nigramq; ab oculis excutiens caliginem.  
 Prodi foras, et ad rutilum solis iubar  
 Auram serenam spiritu lecto trahere,  
 Ter quinq; præteriere nunc solidi dies,  
 A sole cum procul in tenebris abditis

D.ij.

Ina

# TRAGŒDIA,

*Incomposito in lecto cubans distorqueor.*

*Adest animus, adest voluntas sepius*

*Vt in pedes me conijciam, fores petens,*

*Sed corpus imbecille nota deferit.*

*At enim propera mea mens, quoniam te non late*

*Egena iuta podagrici, qui cum velit,*

*Obambulare non quæat iuuentium*

*Hunc exime numero, et refer inter mortuos,*

*Sed cia.*

*At qui ueniunt hic qui baculos manibus mouent?*

*Capita coronati folijs sunt Actæ,*

*Cuiusque demonum celebrant festum chorum?*

*An Phoebe Pæan numen extollunt tuum?*

*At Delphica nulla tingit illos laurea.*

*Aut tum canitur laus aliqua bacchanalium?*

*Sed non adest signum comis hederaecum.*

*Age qui uel unde nam uenitis hospites.*

*Exponite nobis, ueraque fateamini.*

*Et quam deam celebretis amici dicite.*

Cho.

*At tu quis es, uel unde nos interrogas?*

*Vt enim baculus gressusque nobis indicant,*

*Mythen uidemus insuperabilis deæ.*

Pod.

*Vnus quidem et ego, sum deam non dedecens*

## CHORVS.

*Dimetri, partim catalectici, partim acatalectici.*

*Venerem sacra deam Cypri*

*Ex æthe*

## PODAGRÆ

Ex ætheris ortam semine  
Nutriunt in æquoreis aquis  
Nereus decentem fabricam,  
Iunoq; coniunx et soror  
Tonantis, ulnas candida.  
Apud Oceani fontes, uagis  
In sinubus, educata  
Nutrice fuit à Tethyde.

Summoq; uertice cerebri  
Est uirginis interritam  
Enixus indolem, pater  
Cælestium Saturnius,  
Virtute claram Palladem,

Sed hanc deam beatam  
Primam cubitis Ophion senex  
In delicatis protulit.  
Cum desijt tenebrosa lux  
Et orta lucifera fuit  
Aurora, iubarq; lucidum  
Solis, podagræ tum simul  
Apparuit potentia,  
Te prodeuntem ex ilibus  
Parce, statim Clotho abluir,  
Totusq; risit ætheris  
Fulgor, tonuitq; serenum  
Cælum, beatus at aluit  
Hanc in papillis lacteis

D.ñj.

Largus

# TRAGOEDIA

Largus pater ipse Pluton.

## PODAGRICVS ET CHORVS.

Pod.

Sed qualibus sacris ministros excitat?

Cho.

Nihil cruoris ab ore ferri fundimus

Nec ulla seta de ceruice uellitur,

Nec terga talis perstreperunt sonantibus,

Nec frustra crude pascimur carnis boum,

Cum uere tenuis ulmus auem germinat,

Et insidet ramis loquacula merula,

Acuta tunc mystis sagitta figitur

Per membra, clam, latens et intima penetrans

Pedem, genu, cauosque nodos ossium,

Talosque, coxarumque uertebra, femora,

Manus, scapulas, et brachia, et imas artuum

Cauernulas, tumidasque digitorum bases,

Omnia uorat, depascitur, urit, occupat,

Inflamat, emollit, Dea donec iusserit

Aufugere morbum, et esse modum doloribus.

Pod.

Ergo unus et ego nescius licet, fui

Deae sacrae numine tali percitus,

Ergo benigna ueniat apparens dea

Simulque cum Mystis, et ego hymnos ordiar

Solitum podagricis modulaturus melos.

## CHORVS Dimetri.

Tranquilliter igitur et sine

Ventis sit ether, Quilibet

Laudet

# PODAGRAE.

Laudes canat Podagricus.

En strata diligens, dea,

Suas ad aras aduenit

Baculo gradum suffulciens,

Salve deum mitissima

Tuosq; benigna respice

Letante lumine famulos,

Huiusq; ueris tempore

Paulum dolores mitiga.

## PODAGRA Trimetri Iambici

Quis est hominum, cui non ego insuperabilis

Regina morborum Podagra nota sim

Quam nulla thura, nulla fumigatio,

Nec susus apud aras cruor, aut donaria

Suspensa templis diuitum placabilem

Reddunt? Nec ipse uincere summus omnium

Pæon deorum medicus arte sua potest

Apollinisue filius Aesculapius.

Ex quo siquidem mortalium fuit genus

Omnes meas retundere uires gestiunt

Omnemq; turbant pharmacorum industriam

Plantaginem terunt, apijq; Semina

Foliaq; lactucarum, et agreste peplion

Et marrubium, Amnicolamq; potamogetona

Alij Cnidas terunt, alijq; Symphyton

Lentes alij de stercore lectos illiniunt

Solueret  
nodosam  
nescit me-  
dicina po-  
dagram.  
Ouidius.

D.iii.

Hos

# TRAGŌEDIA

Hos, coctā pastinaca, foliaq; persica,  
 Hyoscyamus, papauer, & bulbi iuuant,  
 Cortexq; pomi pumici, Malicorium,  
 Et psyllion, ibus, hellebori radix, nitrum,  
 Et mixta uino telis, & collamphacos,  
 Et gyrene, simulq; galla Cupressina,  
 Et panis bordeaceus, atq; brassica  
 Crude folia, gypsius gari liquaminis,  
 Et stercora syluestris Capre, simus hominis,  
 Farina sabarum, flos quoq; lapidis Asij  
 Alij rubeta, quiq; uocantur aranei  
 Murres, lacertae atq; mustelas coquunt,  
 Ranas, bycnas, trage laphos, uulpeculas,  
 Cuius metalli non pericula sumpta sunt?  
 Quis non probatus huius est mortalibus  
 Aut cuius inexplorata lachryma est arborum  
 Animalium omnium, ossa, nerui, tergora,  
 Adeps, eruor, medulla, lotium, merda, lac,  
 Bibunt alij numero quaterno pharmacium  
 Alij per octo, perq; septem plurimi,  
 Alius bibens sacram, repurgari studet,  
 Aut carminibus animum adhibens illuditur,  
 Iudens excantat fatuum nactus alium,  
 Rursus alius à fonte remedium petit  
 Sed omnibus illis nil nisi plorare impeto,  
 Et sic facientibus uel irritantibus  
 Occurrere soleo magis iracundior,

# PODAGRAE.

Qui uerò contra me nihil eius cogitant,  
 Illis facilem et tractabilem me praebeo.  
 Nam qui meis communicat mysterijs,  
 Primum quidem statim bona uerba dicere  
 Docetur, oblectareq; salibus et iocis,  
 Dictisq; facietis se salutantes solet.  
 Deinde cum gestatus intrat balnea,  
 Fit ridiculus, fit et uoluptas omnibus  
 Aten enim quam dixit Homerus, illa sum  
 Ego, per hominum capita molliter ambulans,  
 Plantas pedum teneras habens, uerumtamen  
 Pleriq; me mortaliū podagram uocant,  
 Quoniam pedum captura sum ποδῶν ἄρξα  
 Sed agite Mystæ, qui mea colitis sacra,  
 Celebrate laudibus insuperabilem deam.

## CHORVS Dimetri Anapestici.

O nympha ingenium adamantinum habens,  
 Multipotens, animo dea ualido,  
 Audi uota tuorum supplicum  
 Magna potentia, uis tua magna,  
 O Regina opulenta Podagra,  
 Quam Iouis horret pernix telum,  
 Quamq; profundus fluctus pelagi  
 Trepidant, Quam quoq; trepidat sceptrum  
 Qui gerit infera Stygius Pluton.  
 O gaudens nodis, lecti grada,

Cursu

# TRAGŌEDIA.

Cursuetans, talorum tortrix,  
 Calcicrematrix, malchumitanga,  
 Ostitremenda, genufraga, pernox,  
 Articulus cruciandi cupida,  
 Curuigenuflexa, potens Podagra.

Trimetri Iambici

## PERSONAE

Nuncius Podagra, Medici Tortores

**Nuncius.** Domina peropportuna te fers obuiam  
 Audi, neq; enim tibi nuntium fero frivolum  
 Sed socia uerbis ipsa res adiungitur  
 Nam ciuitates ut statueras undiq;  
 Lento pede uestigans, tibi scrutabar domos  
 Cunctas, ut aduerterem, Si quis tuam  
 Potentiam non debito more coleret.  
 Aliosq; tuarum ni manuam sat repperi  
 Regina domitos, mente bona quiescere.  
 Isti sed audaces duo, confidentia  
 Preti sua, non desierunt dicere  
 Ac deierare, nim tuam uenerabilem  
 Non esse, sed exortem uolunt mortalium  
 Te generis ac uitae, Religans igitur pedes  
 Mox fascijs uehementer adproperas, die  
 Iam deniq; quinta uenis, lassus itinere  
 Nam tota ferme duo stadia pertransij.

**Pod.** Quam subitus ades o nuncie uelocissimi

Sed cu

PODAGRAE.

Sed cuius obsecro regionis terminos  
Duros & inuios reliqueris, explica  
Clareq; refer, ut celeritatem intelligam

Quinq; graduum scalas reliqui primitus, Nuncius.  
Tremulas quoq; luxatis trabium compagibus.  
Deinde sternax me excipit mox area,  
Duris renitens ad pedes impulsibus,  
Quod iter ubi confeci grauib; uestigijs,  
Stratam silicibus ingrediebar semitam  
Ituq; scrupulis acutis asperam,  
Hinc incidens in lubricam & planam uiam,  
Dum propero progredi, solutum retrahit  
Calces male firmas illico coetuum retro,  
Qua transeunti liquidus ex membris mihi  
Sudor fluebat, eger ut fessum gradus  
Deficeret, inde lassus omni corpore,  
Latam quidem, ast tutam minus insisto uiam  
Varijs & hinc & inde me uehiculis  
Ut currerem cogentibus & urgentibus,  
Quare celeriter subleuans segnem pedem,  
Transuersus occursum fugiens, cessi loco,  
Donec citis quadriga transiret rotis  
Mythes enim tuus nequibam currere,

Non gratis haec recte tibi res gesta sit, Pod.  
Mi nuncies? Tuae namq; promptitudini  
Parem rependam gratiam praecio pari.  
Atq; hoc adeo gratum tibi sit premium,

Posthac

# TRAGŒDIA

Posthac triennio semel modo leues  
Tentare te nostros dolores perferam.

Sed nos scelesti dijs & inuisissimi,  
Qui nam uel à quibus parentibus editi  
Audetis obniti Podagræ potencie,  
Cuius superare uim nequit Saturnius?  
Heus dicite pessimi. Quomiam heron ego  
Quamplurimos domui, sapientes ut sciunt,

**Her oes** Priamus pede celer ille, canitur Podagricus.

**Podagri-** Perijt Achilles Podagricus ille pelei,  
**ci.** Et bellerophontes Podagricus me pertulit,

Podagricus & Thebanus erat dux Oedipus,

Et ex Pelopidis Podagricus erat Plesthenes,

Et filius pæantis etiam podagricus,

Dux præfuit classi, fuit & alius celer

Dux Thessalorum, qui simul atq; prælio

Victus ceciderat Protesilaus, præfuit

Classi, Podagricus licet & æger foret.

Ithacæ quoq; principem Laertis filium

Vlysssem, ego, non spina necuit Trygonos.

Namque ergo gauisuri ò calamitosissimi,

Pœnam patiamini meritis uestris parem,

**Med.** Syri quidem genere Damasceni sumus,

Multa fame uero coacti et inopia,

Terrâ & mare peragramus errantes uagi,

Habemus autem quod pater ungentiam dedit,

Per hoc mala consolamur ægotantium.

Cede

# PODAGRÆ.

Cede quod unguentum quis illius habitus?  
Sacrum tacendi ius mihi iurandum datum

Pod.  
Med

Me talia dicere tibi planè non fuit,  
Nec ultimum morientis edictum patris  
Qui iussit hanc cælare nos uim pharmaci,  
Quod se uientem te quoq; scit compescere.

Pod.

An igitur ò execrabiles, male perditì,  
Vilius usquam tanta uis est pharmaci  
Meam quod inunctum uim sciat compesceret  
Sed sine, paciscamur age tali fœdere,  
Et experiamur an ne uirtus pharmaci  
Futura sit superior an flammæ meæ,  
Huc ò seuera, statim undiq; conuolantia  
Tormenta, præfides meæ uesariæ,  
Ocyus adeste, Tuq; soleas infimas  
Pedum, sub ipsos usque digitos urito,  
Tu calcibus insili, profundam tu riges  
A foemoribus ad genua tabem felleam,  
At uos manuum repente flectite digitos.

En imperata singula tibi scœmus.  
Iacent, miseriq; clamitant grauissime,  
Per omnia torti membra tuis complexibus

Tor.

Nunc agite ò hospites uideamus optime  
An illitum uos hoc muniet nunc pharmacum  
Nam si palam aduersum fuerit illud mihi,  
Mundam relinquens abditos terre sinus,  
Subibo, & infimos abyssos Tartari,

Pod.

Obscura

# TRAGŌEDIA,

Med.

Obscura & ignota omnibus mortalibus  
 En unximus, leuat neq; dolores tamen  
 Heu prohdolor, heu tabesco miser atq; perco  
 Omnia populatur membra mea cœcum malum,  
 Non Iuppiter fert tale telum fulminis,  
 Non ulla sic procella seuit æquoris,  
 Non impetuosæ tanta uis est turbinis,  
 An asperos sustineo morsus Cerberis  
 Num uirum Echidnæ membra mea depascitur?  
 Aut tunica sanie tincta Ne si sanguinis  
 O dea miserere Nam neq; meum pharmacum  
 Nec aliud inhibere poterit cursum tuum,  
 Victrix, sed omnium omnibus es suffragijs.  
 Desinite nunc tormenta, dolores cedit

Pod.

Mecum quia ceptæ litis illos pœnitet,  
 Et norit unusquisq; me solam omnium  
 Illeachrymabilem & immedicabilem deam.

## CHORVS

Hexametri μέτροι & Anapestici  
 Dimetri.

Non uis Salmonæi contendere cum tonitribus  
 Ausa Iouis, pœnas euadere salua potuit  
 Verum animo repressa, repenteq; fulmen dei  
 Fumigero stygias detruditur ista sub aquas,  
 Nec satyrus phœbo congressus Marsia tulit  
 Inde uoluptatem, cum diripit undiq; cutem,

Pythius

# PODAGRÆ.

Pythius illius, non premia grata referens  
 Litis habet memorem luctu quoq; foeta Niobe  
 Namq; & adhuc lugēs Sipylum rigat uda lachrymis  
 Mæonis ad lites Arachne quia Pallada uocat  
 Perdita, nunc scelus id testantia stamina plicat  
 Impar enim est diuorum affectibus humana uis.  
 Vt Iouis, ut Latonæ, ut Pallados, ut Pythij.  
 Mites ergo seras cruciatus atq; faciles  
 O celebris cunctisq; locis dea nota Podagra  
 Ferq; leues & acutos & breuiter noxios  
 Absq; dolore, nec intollerabiliter, bene suos  
 Quid teneant fines, sint exiguumq; ualidi  
 Quiq; gradum non impediant facientibus iter,  
 Multæ sunt formæ miserorum.  
 Sed Podagros soletur morbi  
 Exercitium & consuetudo.  
 Quare æquanimiter, nobiscum  
 O quotquot in hac estis nani,  
 Cruciatu ex animo eijcite.  
 Quod si quæ placeant non fiunt  
 Et iter non placitis dii inueniunt  
 Quisquis es hic cui morbus grauis est  
 Te ludi riderique ferai,  
 Nam hæc huius ludi natura est.



Finium Dialogi Lucianici Antuuer-  
pie in officina Martini Cesa-  
ris Anno. M. CCCC.  
XXX. post Epi-  
phanie.